DISSERTATIONIS,

DE

# BIBLIOTHECARIIS ACADEMIÆ ABOËNSIS,

PARTICULA DECIMA.

QUAM,

ANN. AMPL. PHILOS. ORD. AURAICO,

*publico examini,*

in Auditorio Jurid. die XIV Jun. a. MDCCCXXIII,

h. p. m. ſ.

PRÆSIDE

*Mag. FREDR. WILH. PIPPING,*

*Hiſt. Litter. Prof. Publ. Ord. & Biblioth. Acad. Præfecto,*

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS,

*modeſte ſubjicit*

*FREDRICUS JOACHIMUS EKMAN,*

*Stipendiar. Publ. Borea-Fenno.*

---

ABOÆ, typis FRENCKELLIANIS.

17.

IN

SACRAM IMPERIALEM MAJESTATEM

SPECTATÆ FIDEI VIRO

MAXIME REVERENDO ET CELEBERRIMO

*Domino GUSTAVO GADOLIN,*

S. S. Theol. Doctori et Professori primario,
Diœceseos Aboënsis Archi-Præposito Meritissimo,
Ordinis Imperialis de S:to Wolodimiro
in 4:ta Classe Equiti Splendidissimo

D. D. D.

Maxime Reverendi et Celeberrimi Nominis

cultor devotissimus

*FREDRICUS EKMAN.*

# THESES.

I.

Scribendi artis primordia, in imaginibus rerum quadantenus deli- neandis poſita, pingendi illi deberi contendimus.

II.

Litteras autem vel Alphabeticam ſcripturam, e ſcribendi ratione il- la, res quasque imaginibus ſignificatas præbente, proprie derivandas haud esſe, ipſa earum natura docet, non in rerum effigie exprimenda, ſed in nominibus earum exhibendis, articulati ſoni, cujus in loquendo eſt uſus, partibus ſignificatis, conſpicua.

III.

Alphabetum igitur eodem forte, quo Hieroglyphicis characte- ribus ſcribendi ars, exſtitisſe tempore, hac autem citius ad perfectio- nis culmen evectum fuisſe, nil impedit quominus ſtatuamus. E con- trario, ſi Hieroglyphica ſcriptura ita fuisſet comparata, ut ejus ope vel maxime necesſaria exprimi posſent, numquam forte, vel multo ſerius, litteras invenisſent homines.

IV.

Antiquitatem ſcripturæ Alphabeticæ, communis etiam loquitur o- mnium, quæ per totum terrarum orbem in uſu ſunt vel fuerunt, Alpha- betorum origo.

V.

Sonorum etiam ſigna quamvis præbeat ſcriptura Syllabica, vocum tamen minutiores partes, non loquelæ elementa, exprimens, alia ac Alphabetica illa inventa videtur via, quam adeoque ex illa ortum du- cere probabile vix est.

VI.

Ubi ſignificatio vocis vel notio rei picturam non pateretur, aut copia ſignorum, vel ſymbolicorum vel arbitrariorum, nimis crevisſet, compa- rando ſyllabas ſimiliter ſonantes certas his facile excogitari potuisſe crederes notas; attamen parcioris fuit ſcriptura ſyllabica uſus.

tur, vel etiam eccleſiæ cuidam ampliori præponeretur, frequenter rogans, haud ſine fauſtis auſpiciis in ſpem ingresſus erat potiundi quam primum bonorum, quorum deſiderio angebatur, aliquo (*nn*); et voti nondum reus domum tandem ſe conferre quanquam coactus eſt, oleum tamen atque operam non perdidisſe, et ſupra pag. 92 expoſiti itineris fructus, et litteræ probant, in ſuturam commendationem petitionis ſuæ acceptæ, gratiæ quam apud Superiores inierat plenæ, Illuſtrisſimi ſcil. Cancellarii binæ, dd. 8 Oct. et 12 Dec. a. 1662 ſcriptæ, et S. Regiæ Majeſtatis illæ, d. 28 Nov. e. a. ad Conſiſtorium Academicum misſæ (*oo*).

O Interea,

---

*nn*) Litteris d. 12 Dec. a. 1662, nuper citatis, ſuſtentacula vitæ firmiora comparandi conſilio ſuo, quanquam deinde repudiato, initio tamen ſat benigna annuisſe numina narravit, et coram Conſiſtorio d. 21 Nov. a. 1663 retulit, dictam ſibi esſe Eccleſiam Saguenſem. Pedersörenſem quoque illam, quæ, mortuo a. 1660 Elia Marci Hamnio, Paſtore aliquamdiu caruit, ambiisſe Petræum, Protocollum Conſiſtorii Acad. d. 3 Dec. a. 1662 teſtatur. Fruſtra autem in utraque re molienda laborasſe, quid mirum, cum potiori jure facta de iisdem his parœciis, aliquibus membrorum ſuorum vindicandis, Conſiſtorii Academici vota etiam irrita evanuerint, Paſtore Saguenſi, in locum defuncti Erici Ketarenii, a. 1664 conſtituto Wanzonio quodam, et Pedersörenſi Mag. Laurentio Joh. Preutz. — Cfr. Epiſtolæ petitoriæ Conſiſtorii Acad. ad S. Regiam Majeſtatem d. 11 Nov. a. 1662, et ad Illuſtrisſ. Cancellarium d. 17 Sept. a. 1663, in Actis Rector. a. 1663—1664 ſervatæ, atque *Afhandling om Preſterl. tjenſtgörn. och aflön.* Del. II. pag. 45, 147.

*oo*) Priores Cancellarii Litteræ ſonant: "Åhrevördige, Wördige etc. Wij åhre förorſakadhe E.rs Åhrevörd.heet och E.r Godhe Hh.rr och M. hår medh venl. att förehålla, huruledes ſåſom *Bibliothecarien M. Andreas Petræus*, hår en rundh tijdh uppvachtat, och Oſs ſin trånga lågenheet och tillſtandh vidh dhen *function*, ſom han nu förvaltar, i ödmiukt andragit haf.r, ödmiukel. anhållandes, dhet han måtte på något annat ſått förſedd blifva, ther han båttre kundhe finna ſigh belåthen medh. Så emedhan bådhe hans Sal. Fadhers *D.*

Interea, diutinam Bibliothecarii abſentiam ægre ferentes Patres Academici, quorum animi eo magis ab illo alienati viden-

---

*Aeſchilli Petræi*, ſå våll vidh *Academien*, ſom och ſedermehra, heela Stifftets *adminiſtration*, månge berömlige *meriter*, ſammelundha och hans egna godha prooff, them han vidh ſijn *adiunctura* och andra *academiſka* öfningar giordt haf.r, Oſs nogſamt beveka, att *inclinera* till något förſlagh, ther han kundhe medh hulpen varda: Fördhenſkuldh hafve Wij velat hoos Edher medh dhenna Wår förſkrift, för honom, inkomma: Att, dher något tillfälle kundhe finnas, ſom tiente till hans förfordring, han thå måtte, fram för någon annan, i *conſideration* tagen vardha, heller och, ſå vijdha thet nu icke förefölle; I thå ville, på hvarjehanda ſått, forderligen förefsee ett beqvåmligit anſlagh, ther Wij kundhe honom medh villfara. Wij förmodhe att E.s Åhrevörd.het och I Godhe Hh.rr och M. dhenna Wår *recommendation* honom till godho niutha, och icke ohulpen fahra låtha. Befalle Edher hårmedh, ſamptel. uthi Guds mildha heſkydd." Etc. — Poſteriores habent: "Åhrevördige etc. Thet haf.r Oſs, *Bibliothecarien M. Andreas Petræus* föredraga låthit, hurulunda han fråmmande landsorther, på någon tijdh, haf.r ſatt ſigh uthi ſinnet att beſökia; Förmodandes thår medh, ån vijdhare någon förfarenheet och förkofringh uthi ſijna *ſtudier*, håmpta. Och fördenſkuldh om ett gått Orlåf hoos Oſs anhållit; ſamt dher till medh, *Bibliothecariatet* vidh *Academien* att behålla, anmodhat haf.r. Nu ſåſom dhetta hans uppſåth låfligit år; i dhet han therigenom ſökier att giöra ſigh ſå myckit beqvåmligare till K. M.ts och Fåderneslandets behageliga tienſter: Ty kundhe Wij thet icke ogilla; Uthan faſt mehra gerna ſee honom therigenom någon fördeel taga. Hvarföre Wij theslijkeſt, hans begåran för billig erachta; *Recommenderandes* altſå E.rs Åhrevörd.ter och Edher, Godhe Hh.rr och Män, honom i båſta måtta: Således att han bådhe, j ſin frånvaru, må vidh *Bibliothecariatet* blifva; ſamt och hans Perſon, ſå våll ſom någon annan, vidh förſta tillfålle, i godh *conſideration*, tagen vardha. Hvaruthöf.r Wij Edher ſamt- och ſynnerl. Gudhi troligen befalle." Etc. — Regiarum autem litterarum hæc ſunt verba: "Carl, etc. Wår ynneſt och nådige benågenheet medh Gudh alsmechtigh; Det hafver, trogne underſåthare, Biſkop och ſamptlige *Conſiſtoriales*, fordom Biſkopens Sahl. *Doct. Eſchilli Petrei* Son *Mag. Andreas* Oſs i underdånigheet uptächt ſin fattigdom och o-

dentur, quo feliciore ſucceſsu favorem nobiliorum, ſummas reipublicæ gerentium, captaverat, et de incommodis, quibus, culpa ejus, jam premeretur res Academica, tollendis, et de damnis gravioribus a Bibliotheca avertendis, ſolliciti, cum non tantum, occaſione libros evolvendi tam docentibus quam diſcentibus præciſa, infructuoſa jacerent præſtantiſsima Academiæ cimelia, ſed etiam verendum eſſet, ne aut vetuſtate collapſo ſub tecto, humiditate, ſitu et pulvere corroſa perirent, aut ignotis hominibus commodata distraherentur, de negligentia ejus, fruſtra ſæpius revocati, adeoque vel munere, vel ſaltem ſtipendii quadam parte, jam privandi, querelas jactarunt frequentes. Ratione officii de periculo Bibliothecæ imminenti Conſiſtorium bis monuiſſe haud contento Rectore Academiæ, Mag. Andr. Thuronio, Logices et Phyſices Profeſſore, ſed rogationem etiam ſub finem a. 1662 ferente, an Petræo tamdiu absque venia abeſſe impune liceret, Cancellarii, de hac re mox informandi, ſcito ſubjecta quidem eſt mulctæ irrogatio (*pp*); ſed reſcribente Muſageta, nec minus ſignificante per

 litte-

förmögenheet; Ödmiukeligen derhoos Oſs anſökiandes, at Wij ville befordra honom till någon ſådana tiänſt, hvar medh han ſigh och dhe ſine kan förſöria. Så emådhan Wij Oſs påminne, at I Oſs tillförenne hans perſon af ſine *Studier* och godhe *Qualiteter* hafva *Commenderat*, och Wij derhoos eftertänckie dhe godhe tiänſter hans Sahl. fadher Guds förſamblingh hafver giordt; finne Wij ſkåligt, att han medh det förſta till et dågeligit *Paſtorat* eller någon *Profesſion* vid *Academien*, blifver befordrad. I vele därföre denna Wår nådige villia låta vara edher befallat, och ſå lagha, at han icke långe uthan lägenheet blifver oförſörgd. Hvilcket når I effterkommen, fullgiöre I Wår nådige villia, Och Wii befalle edher Gudh alsmechtigh nådeligen." Etc.

*pp*) Cfr. Protoc. Conſiſt. Acad. dd. 1 Oct. 12 Nov. et 3 Dec. a. 1662, cum Litteris Conſiſtorii hac die decretis, quarum copiam, cauſam Cancellarii ſubjectam arbitrio luculentiſſime illuſtraturam, lecturis dare voluimus: "Högvålborne Greſve etc. E. Högh Greſl. N:de kun-

litteras Bibliothecario, ad peregrinationem ſe accingente,
æquum

ne vij hår medh icke underlåta ödmiukeligen att *notificera*, att ſåſom vår ſkyldigheet och Embetes plicht af oſs fordrar, dedh vij noga och medh högſta flijt tillſee, huru alt må ſkick- och ordenteligen vidh denne Kongl. *Academien* tillgå, ſå att bådhe *docentes* och *discentes* ſampt andre ſom dervidh tiena dheras kall och embetes ſyſslor troligen förrätta, och dheras skyldigheet effterkomma, hvilket vij och oſs förmode alltijdh hår till giordt hafva; Altſå hafve vij och nu i ſynnerheet haft orſaak, att ehrfahra och tillſee, huru det ſtår till medh *Academiens Bibliothek*, emedan *Bibliothecarius M. Andreas Petræus* nu mehra än halft åhr bårtta varit, och *Bibliotheket* alldeles ſkötslöſt lembnat hafver; Och alldenſtund vij befinne, föruthan det att *ordinariæ horæ* förſummade åre, på hvilka icke allenaſt *Profeſſoribus* uthan och *Studioſis* efter *Conſtitutionum* lydelſe ſkulle vara efterlåtit att gå i *Bibliotheket* och der ſå vackra *authores* till ſine embeters och *Studiers* fortſåtiande *conſulera*, dedh icke allenaſt *Bibliothekets* taak år alldeles förrotnat, ſå att man befara måſte det och hvalfvet aff det öfverflödige Sommar och höſt regnet förderfvat år, der doch *materialierne* i fiord om vinteren allrede upköptes till taakets *reparation;* uthan och böckerne af fuchtigheet och ellieſt ſkadde, månge och ſå af them uthlånte åre, på hvilka ther finnes intet beſkeedh hvem them hafva må; Vij ſkatte fördenſkull alldeeles oförſvahrligit, om vij detta förtijge och icke E. högGrefl. N.de i tijdh uthi ödmiukheet tillkenna gifva ſkulle, förmodandes blifva för våre perſoner *excuſerade*, ſå frampt framdeles och i lengden af Eders HögGrefl. N.de eller ellieſt af höga Öfverheeten hår effterfrågat varder; till hvilken ende ſå väl ſom till att befråmia *Academiens* vålferd vij detta allena göre, och ingalunda till att *temere* angifva *M. Petræum*, hvilkens *promotion* vij alltijdh ſökt hafve, och ån vijdare, ſårdeles för E. HögGrefl. N.des höggunſtiga *recommendations* ſkull, gerna ſökie, der han ſå vål ſom andra lårde mån hår vedh *Academien*, ville *elaborera* några *Specimina*, och göra ſig *qualificerad*, hvar till han godh lågenheet hafver, medhan han år *Bibliothecarius*. Huru nu om alt detta ſkall blifva, och om mehrbe.te *M. Petræus* icke bör för ſin egenvilliga förſumelſe affſtå åth minſtonne en fierdepart af ſin löhn till *Bibliotheket*, (alldenſtund för en *Profeſſore* alla tijmar, dem han förſumar, blifva *obſerverade* effter *Conſtitutiones*) hemſtälle vij E. HögGrefl. N.des nådiga och råttvijſa *reſolution* och omdö-

æquum videri ut aliquamdiu adhuc abſens pleno frueretur ſalario, tradita interim Studioſo cuidam, duplici forte Stipendio Regio propterea remunerando, ut Rationario, adminiſtratione Bibliothecæ, et Linguarum Profesſori Mag. PETRO BERGIO, talium rerum peritisſimo, damnorum quibus laboraverint ædes reparandorum cura, nec non Typographo exemplarium novorum collectione, indignatio obſolevit (*qq*). Uni tamen membrorum ſuorum tutius committendam Bibliothecam ducens Conſiſtorium, et OL. WEXIONIO, Jur. Profesſore, et AX. KEMPE, Hiſt. atque Phil. Pract. Prof., ſuam offerentibus operam, conjuncto cum Bibliothecario affinitatis jure illo, antiqui amoris ſtudio cum Bibliotheca hoc, KEMPIO eam mandavit, provinciam, prævia Eloquentiæ Professoris Mag. MART. MILTOPÆI atque Secretarii Mag. JAC. FLACHSENII recenſione quamprimum luſtrandam. Cum vero æſtate ſequente non tantum nondum revenisſet PETRÆUS, ſed ne relaturus quidem Holmia pedem niſi ad munus evectus, quod meliore esſet conditione atque jure, aliquanto inſolentius officia Senatus flagitaret (*rr*), graviter ab hoc admonitus eſt, ut quæ ad ſe pertinere ſciret ſtudioſe diligenterque curaturus, domum ſe quamprimum reciperet, niſi loco exturbari ſe pateretur (*ss*).

Vide-

me, E. HögGreſl. N.de ſampt deſs HögGreſl. *Familia* uthi den aldrahögſtes beſkydd troligen befalandes, och förblifve efter vår ſkyldigheet etc."

*qq*) Vid. utriusque Litteræ, diei 12 Dec. a. 1662, ſupra cit.

*rr*) Cfr. Litteræ PETRÆI, Holmiæ d. 29 Jul. a. 1663 ſcriptæ, in Actis Rect. ejusdem anni occurrentes, et Protoc. Conſiſt. Acad. d. 12 Aug.

*ss*) Admonitionis non minus tempeſtivæ quam ſeveræ exemplar ab Actis deſcripſisſe, vitio nobis nemo certe vertet; en igitur: "*Clarisſime Dn. Bibliothecarie!* Eder ſkrifvelſe år oſs för någon tijdh ſe-

Videmur quidem nobis videre ad animos Patrum exaſperandos nonnihil conferentem ſingularis odii affectum, in pectoribus quorundam motum, quorum bonis, vel posſesſis, vel ſperatis, inhiare putabatur PETRÆUS, ambitione Holmiæ ſibi pro-

---

dan tillhanda kommen, hvaruthinnan I endteligen af oſs fordra, dedh vij eder antingen till något förnåmligit *Paſtorat* eller till någon *Profesſion* ofördröijeligen *promovera* ville, förehållandes oſs Hans Kongl. Maj:ts vår allernådigſte Konungs och Herres allernådigſte bref till Biſkopen och *Conſiſtoriales* af d. 28 *Novemb.* nåſtförledne åhr 1662, eder *promotion* angående. Här uppå gifves Eder detta till vånligit ſvahr 1:o Att ſedermehra Kongl. Maij:ts allernådigſte bref hijt ankom, ingen förandring medh *Academiſke* tienſter ſkedd år; eij heller kunne vij någon *Profesſorem*, ſom medh flijt förrättar ſitt embete, för eder ſkull affåttia; Men hafve i luſt att ſökia något förnåmligit *paſtorat*, måſte i der om anhålla hoos *Conſiſtorium Eccleſiaſticum.* 2:o Det veet och *Dn. Bibliothecarius* ſielf myckit vål, att hår vidh *Academien* åre andra lårde och vålmeriterade mån, ther någon *Profesſion* blefve *vacant*, hvilka vij, ſå mycket oſs ſtår till att göra, ingalunda kunna gå förbij Hans Kongl. Maij.t att *recommendera*, alldenſtund the göra hår vackra prof dageligen; dock önſke vij eij heller mindre eder *promotion.* Men 3:o Såſom oſs nogſampt Eder Sal. K. Faders ſtora *Meriter* kunnoge åre; ſå önſkade vij och ſå gerna, att j hans footſpår ville effterfölja, och hår vidh *Academien* göra och uthgå låta ſådana *Specimina*, ſom en mårkelig *promotion* och *recommendation* till höga Öfverheeten kunde *meritera.* 4:o Effter ſom i *Bibliotheket* hår vidh *Academien* hafve antagit till att förvalta, och det nu nåſtan uthi halft annat åhr ſkötslöſt låmbnat, ſå att ther befinnes ingen richtigheet, men ſtor oreda ſå uthi böckernas *distraherande*, ſom uthi ſielfve *Bibliotheks* bygning; hvarföre år vårt trogne och vånlige rådh, att i Eder ju förr ju heller hijt förfoge, ſamma eder antagne tienſt att förvalta; elliest torde man blifva förorſakad göra dermedh någon förändring; Wij vele lijkvål efter vår underdånigſte ſkyldigheet Hans Kongl. May:ts allernådigſte behagh effterleffva, ſå vijda Eder *promotion* angår, och någon tienlig lågenheet för Eder ſig yppa kan; hvilket man förmodar ſnarare ſkee, om i ſielf perſonligen åre hår tillſtådes. Wi befalle Eder hår medh Gudh alsmechtig vånligen. Af Åbo d. 10 Sept. A.o 1663."

proſpicere ſtudens (*tt*); officii autem leviter deſerti incuſationem juſtitia caruisſe, non ii ſumus qui exinde colligere velimus, mirantes multo magis, neglectam cuſtode abſente Bibliothecam pesſum dari qui tamdiu pasſi ſint Academiæ antiſtites. In recenſione tamen illa, dd 15 et 16 Febr. a. 1663 peracta, deſideratorum CV operum, cum Globo Cœleſti majori et minoribus ambobus, nec non Sphæra Orbis, quorum Catalogum habent Acta Rectoratus ejusd. anni, jacturam feciſſe Bibliothecam tanto minus perſuadere nobis posſumus, quanto majorem vim ſilentio Patrum, nullam amiſsorum cauſam Petræo reduci indicentium, Elenchus Bibliothecæ, typis a. 1682 expresſus, deſiderata illa tantum non omnia ſuis locis inter cæteram Bibliothecæ ſupellectilem enumerans, et ipſa eorundem librorum exemplaria, in Bibliotheca hodieque certisſima vetuſtatis ſigna præ ſe ferentia, addant, quibus inſpectis ad credendum ducti ſumus, volumina atque inſtrumenta illa, oculos fugientia Bibliothecam abſente Præfecto viſentium, ipſo reverſo reperta, ab iis qui commodato acceperint reportata, vel alio quovis modo reſtituta, ad Bibliothecam rediisſe, exceptis forte paucisſimis, quæ ſine Bibliothecarii culpa perierint. Poſt reditum igitur hujus ad Academiam, de Bibliotheca denuo examinanda motam quæſtionem eo facilius misſam faciens Senatus Acad., quo minus vitio illi dandum, quod in cura librorum ab alio per integrum fere annum geſta peccatum

*tt*) Non tantum Parœcias Sagu et Pedersöre petens, contra Senatum Academicum ſtetit, ſed etiam in ſuſpicionem venerat Rectori Academiæ ann. 1662—1664 Andreæ Thuronio, ut cui ſurripere ſtuderet alteram duplicis docendi muneris partem, Profesſionem ſcil. Phyſicam, quam Logices illi ex ſingulari S. R. Majeſtatis gratia et beneficio *quamdiu convenerit* adjunctam, laudabili induſtria et multo cum ſtudioſæ juventutis emolumento collegarumque applauſu ab a 1660 ſuſtinuerat. Cfr. Prot. Conſiſt. Acad. dd. 8 Maji a. 1661 et 18 Mart. 1663, nec non Litteræ Conſiſt. ad Cancell. d. 6 Apr. hujus anni.

catum forte fuerit, nova exhortatione ad impenſius induſtriæ ſtudium excitatum eum ſine mora ad diu nimis deſertum officium admiſit (*uu*).

Sopitis ita de Bibliothecarii inertia querelis, placatisque etiam qui propter locum ejus inter Profesſores haud multo poſt exaſperant animis, ſedatiore uſus eſt reliquo in eodem munere fungendo tempore, quo exacto ſeptenarius prope completus eſt numerus annorum, in Bibliotheca gubernanda confectorum omnium. — Ad opportuniorem, inſigniorem diuque fruſtra ſperatum locum quomodo hinc progredi datum ſit, exponendum jam eſt.

Poëſeos Profesſori JUSTANDRO, Parœciæ Someroënſi quamprimum præficiendo, qui ſuccederent, idoneis judicatis tribus aliis, PETRÆO junioribus, Facultas Philoſophica, adſtipulante Conſiſtorio Academico, exemplum jam dederat oblivionis, cui traditas voluisſet commendationes ſuperiorum, PETRÆO faventium, quas ſupra commemoravimus, eas tanti haud æſtimans, ut commendato proximum ad honores quosvis optatos paraturæ esſent aditum (*vv*), cum e vivis præmatura morte erepto, d. 8 Aug. a. 1665,

*uu*) Prot. Conſiſt. Acad. d. 12 Nov. a. 1663.

*vv*) In electionem poſiti erant a Facultate Philoſophica d. 22 Apr. a. 1665, Mag. JACOBUS FLACHSENIUS, Secretarius Academiæ et Facultatis Adjunctus, Mag. PETRUS LAURBECCHIUS, Adjunctus alter, et Mag. JOHANNES FLACHSENIUS; ut autem præmaturo imprudentique, ita irrito quoque conatu ſuſcepta tunc fuit tota de futuro Poëſeos Profesſore deliberatio. Regiis enim Litteris Paſtor Someroënſis quidem deſignatus JUSTANDER, Conſiſtorio tamen Eccleſiaſtico et ipſa, penes quam erat ſuis ſuffragiis Paſtorem vocare, Eccleſia renitentibus, ab hac potiunda deſiſtere coactus eſt, fallacis ſæpius ſpei luſibus patientiam oppoſiturus, donec tandem a. 1668 Wirmoënſium Paſtor conſtitueretur. Vid. Tabellarum Facultatis Philoſophicæ recenſio, ſcripto Decani, THURONII, d. 27 Apr. a. 1665 Conſiſtorio